

22. *Qui dicit te esse animal, verum dicit:  
Qui dicit te esse equum, dicit te esse animal:*

*E. qui dicit te esse equum, verum dicit.*

Resp. Sunt 4. termini, quia animal in *majore* sumitur *confuse* & *indeterminate*: In *minore* verò sumitur *determinate* pro certo aliquo animali. Falsa enim esset minor hoc sensu: Qui dicit te esse equum, dicit te esse animal *confuse* sumptum, seu *indeterminatum*, & non certum aliquod animal; sed potius sumitur *determinate*, seu pro certo ac *determinato* animali. Qui enim dicit te esse certum & *determinatum* quoddam animal, nempe animal *hinnibile*.  
*Stabl. Tract. Sophism. p. 7. vid. cap. XL*

*Qui dicit te vivere, dicit verum:*

*Qui dicit te asinum, dicit te vivere:*

*E. Qui dicit te asinum, dicit verum.*

Resp. Homonymia est inquit *Mollin. log. p. 272.* in voce dicit, quia in *Majore* sumitur pro *expressè* dicere: in *minore* pro dicere per *consequentiam*.

Simi-